Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sione faciendo: Sed agit solummodo de his uerbis generalibus (& faciant quicquid uelint) ne, ad penitus tollenda ea, quæ in eodem instrumento expresse posita sunt, & sic admanifestam correctionem & contrarietatem & alias absurditates uergerent, sed utq; euitandas multiplices absurditates) potius secundum naturam contractus accipiantur, per ea quæ ibidem scribit. n. 301. usq; ad. n. 313. de quare in præsentiarum nihil agitur.

Bursatis etiam d. cons. 131. n. 85. hoc tantum scribit: sub his referentibus generalibus uerbis modis & formis, prout in antiquis mueffituris, continetur, non comprehendi relatas antiquas mueffituras, quo ad pacta contra naturam feudi, mere personalia & obiit morte mueffitis sublata, Item propter defectum conditionis adiectæ peremptæ & quod pacta talia scilicet contra naturam, regulam & substantiam feudi non intelligantur, tacite sub uerbis generalibus repetita. Et merito quidem, Referens. n. nihil operatur nisi consistit de relato, quod scilicet efficax sit ac uasidum, adeoq; morte ues alio modo non sublatum aut nullum. Bald: in L. 2. n. 4. C. de exceptis: Roman: cons. 294. n. 2. Vers. Et hoc modo. Dec: cons. 463. n. 14. Dec. in c. cum Venerabilis. n. 28. fs. Et quod exf: de exceptis. Henrichman. cons. 1. n.

360